

Petro Myszkowski 200. marcas in
villa Bressere inscribuntur

117

Casimirus Dei gratia rex Polonie, magnus
dux Lithuanie, Russie, Prussiae etc. do-
minus et heres. Significamus tenore pre-
sentium quibus expediat universis. Quomodo
attendentes multiplicia et fidelia servitia
generosi Petri Myszkowski Castellani Dnie-
cimensis nobis per ipsum constanter exhibita.
Horum intuitu volentes ipsum reddere consola-
tum et ad futura nostra servitia promptio-
rem, sibi ducentas marcas Polonice nune-
ri et monete in Regno nostro currentis in
et super villa nostra regali Bressere in terra
Dniecimensi sita donavimus et ascripsimus
donamusque et ascribimus tenore presentium
per ipsum Petrum Myszkowski et suos suc-
cessores legitimos in predicta summa ducen-
tarum marcarum, tenendum, habendum, pos-
sidendum cum omnibus et singulis censibus,
proventibus et redditibus, aliis juxta vim
et continentiam aliarum literarum nstrarum
originalium tandem donec summa prefata
ducentarum marcarum sibi aut suis succes-
soribus per nos aut successores nostros plena-
rie et integre fuerit exoluta. Quae peroluta
possessio predicta ville ad nos et Successores
nos pleno jure redibit. Harum quibus si-
gillum.

gillum nunc presentibus est subappensum.
Datum Cracoviae feria tertia post festum
Sancti Michaelis, anno Dni millesimo
quadringentesimo octuagesimo septimo.

Relatio Venerabilis Presbiteri
de Curia Regni Polo-
niae cancellarii.

Actoria in episcopatu Longinatu parga-
minowego amichilowanego, u. litorego
wisi piure' na pargaminowey Lawiasce,
& 27. Julii 1788.